

§. II.

TEXTUS EPISTOLÆ PONTIF.

„ His verbis complectuntur , & explicant sententias suas
 „ Cardinales , ac Theologi , & Viri Canonum peritissimi , quo-
 „ rum consilium in hoc gravissimo negotio postulavimus . Nos
 „ quoque privatum studium nostrum conferre in eandem cau-
 „ sam non prætermisimus , antequam Congregationes haberentur ,
 „ & ipsis etiam peractis . Nam præstantium Virorum suffragia ,
 „ quæ modo commemoravimus , diligentissime percurrimus . Cum
 „ hæc ita sint , **ADPROBAVIMUS , ET CONFIRMAVIMUS**
 „ **QUÆCUMQUE** in sententiis superius expositis continentur ;
 „ cum Scriptores plane omnes Theologiæ , & Canonum Professo-
 „ res , plura sacrarum Litterarum Testimonia , Pontificum Deces-
 „ sorum Nostrorum Decreta , Conciliorum , & Patrum autori-
 „ tas ad easdem sententias comprobandas pene conspirare videan-
 „ tur . Insuper apertissime cognovimus Auctores , quibus contrariæ
 „ sententiæ referri debent . **ET EOS PARITER , QUI ISTAS**
 „ **FOVENT , AC TUENTUR , AUT ILLIS ANSAM , SEU**
 „ **OCCASIONEM PRÆBERE VIDENTUR .**

§. III.

*Controversiæ status pleno in lumine
 collocatur .*

I. **ERRORES**, quos hætenus inve-
 ctos adversus mutui , & usuræ notio-
 nes , & domini pecuniæ mutuati-
 onem recensui , & refutavi , huc
 tendunt , ut usuram moderatam a di-
 vitibus perceptam , justam , honestam-
 que efficiant . Verum tanta perspicui-
 tate errores istos penitus profligavit
 Pontifex Summus in hac sua Epistola ,
 ut omnis jam sublata sit penes Catho-
 licos controversandi occasio . Interpre-
 tationis tamen susceptæ ratio postulat ,
 ut ad pleniorum controversiæ intelli-
 gentiam , & ejusdem dirimendæ neces-
 sitatem declarandam Adversariorum er-

roneas opiniones in medium afferam .
 Siquidem non pauci excitatæ litis mi-
 nus periti , superfluum (ut fama est)
 existimant Pontificiam Epistolam , qua-
 si nihil in ea probatum , nihil declara-
 tum , nihilque damnatum sit . Quæ ex-
 planata , & confirmata Doctrinæ Chri-
 stianæ capita in hac epistola sunt , jam
 patefecerunt . **ERRORES** confixos plures
 recensui . Verum quia ejusmodi erro-
 res veluti viam sternunt ad hæreticam
 propugnandam doctrinam , idcirco ope-
 ræ pretium existimavi paulo fufius ex-
 ponere ultima laudati Pontificis tex-
 tus verba : *Insuper apertissime cognovimus*
Auctores , quibus contrariæ sententiæ re-
ferri debent , & eos pariter , qui illas fo-
vent , ac tuentur , aut illis ansam , seu
occasionem præbere videntur .

II. Compertum itaque , exploratum-
 que Sapientissimo Pontifici est , quinam
 sint

sint Auctores , qui contrarias Catho-
 licæ Doctrinæ opiniones commentati sunt .
 Et eos pariter , qui illas fovent , actuen-
 tur , aut illis ansam , seu occasionem præ-
 bere videntur . Istorum ego , non omnium ,
 sed aliquorum textus dabo .

III. Carolus Molinæus (sententiam
 Calvinii supra rescripti) tract. de usur.
 num. 10. hæc scribit : *Non est igitur usu-*
ra lege divina prohibita , & illicita , nisi
in quantum est contra charitatem . Cum
autem usura multipliciter capiatur , illa
sola prohibetur , & damnatur , per quam
charitas , & dilectio proximi offenditur ,
& ita præfata loca , & quæcumque simi-
lia sacræ paginæ intelliguntur . Finge mer-
catorem non inopem , ut ex licita nego-
tiatione superlucreretur , accipere mutuum ,
& promittere mensuram , vel annuam u-
suram vice portionis futuri lucri ; dices ne ,
creditorum , qui non potest ostendere quod
tanti sua intersit , & forte nullo modo alias
interest , non posse licite postulare , nec re-
cipere hujusmodi usuram sine incommodo
debitoris ? Quidquid TURBÆ illæ scripse-
runt , nihil hic video noxæ , nihil contra
ius divinum , aut naturale , quia nihil
hic fit contra charitatem , sed potius ex
mutua charitate . Patet : alter beneficium
mutui de suo concedit : alter benefactorem
de parte lucri inde secuti , sine damno suo ,
remuneratur . Ergo creditor licite ultra
sortem recipit , eademque ratione ab initio
in hunc eventum ita pacisci licet : infra
tamen legitimum modum : & dummodo qui
stipulatur , nullam proximo fraudem medi-
retur , neque usuram inique exigat , immo
nec recipiat quidem , si jacturam faciat de-
bitor , sed hoc tantum accipiat , & exigat ,
quod bona fide , & cum æquitate vellet a
se accipi , vel exigi in eadem peristasi exi-
stens , vel in simili necessitate deprehen-
sus .

IV. Pauca animadvertas velim . Pri-
 mum hunc textum aliis verbis tran-
 scriptum offendes in recentioribus Scri-
 ptoribus , maxime in opere inscripto :
Dell' impiego del danaro . Alterum medi-
 tandum propono contractuum implici-
 torum Patronis , qui ex omni implici-
 to contractu lucrum licite exigi posse
 contendunt ; vel ipso Molinæo monen-

te : *immo nec accipiat quidem , si jactu-*
ram faciat debitor . Tamburinus scribit ,
ut alibi demonstrabimus , Juniores Theo-
logos modum adinvenisse totius pericu-
li rejiciendi in debitorem , etiam si
jacturam hic faciat . Sed Molinæi sen-
tentiam exscribere persequamur .

V. Pergit itaque num. 7. suam ex-
 ponere sententiam , triplicem mutui
 usuram distinguendo . *Dicendum , in-*
quit , est , quod mutui large sumpto voca-
bulo , triplex est usus . Primus per modum
elemosynæ , ut quando fit indigenti , etiam si
numquam reddere queat , & sine spe re-
stitutionis , nisi quatenus meliorem sortem
adeptus , commode reddere poterit . Secun-
dus per modum simplicis officiositatis tem-
porariæ , & gratuitæ , ut quando omnino
speratur reddi , & ad hoc recipiens obli-
gatur præcise . Tertius per modum nego-
tiationis , ut quando creditor non mutuat
gratis , sed de certo questu paciscitur .
Primus modus magis accedit dono , quam
mutuo ; non tamen est merum donum , si
non datur absolute , sed cum spe recipien-
di , si contingat recipientem divitem fieri ,
& reddere posse . Interim tamen danti , ve-
ram elemosynam facit , & Domino fœne-
ratur . Prov. 19 . Secundus modus est ve-
rum mutuum proprie sumptum , ut pote
tria sua substantialia habens ut supra n.
17 . Tertius modus , non est proprie mu-
tuum , cum non sit gratuitum , sed est ve-
rum fœnus .

VI. Aliam exhibet distinctionem Mo-
 linæus , quam , tametsi prolixam , re-
 scribere non piget , quod non parum
 illustrandæ controversiæ deserviat . Jux-
 ta triplicem mutui respectum tria di-
 stinguuntur hominum genera : Pauperum ,
 quibus consuli elemosyna debet . In-
 digentium ad tempus , qui quamvis
 mutuum reddere valeant , gratis tamen
 illis dandum est . Mercatorum , divi-
 tumque , qui res suas amplificanti pec-
 unia fœnebri . Ab his exigi , inquit ,
 moderata usura jure potest . Ita ratio-
 cinatur num. 65 . *Multum olim delecta-*
tus sum , audiens a quodam Theologo pu-
blice Parisiis Psalterium interpretante , lo-
cum illum Psalmi 41 . Beatus qui intel-
ligit super egenum , & pauperem , sic

exponi: Pauperem esse, qui omnino indiget, nec reddere potest, & huic non mutuandum, sed dandum. Egenum vero esse, qui aliquando commode reddere poterit, sed nunc indiget; ut qui habet filiam elocandam, nec tantum pecuniæ numeratæ habet, ut ad dotem sufficiat, nec posset ex propriis bonis conficere, absque vili, & damnosa distractione: & huic gratis mutuandum, non autem reditus eruendos ab eo. At quosdam esse, qui creditam sibi pecuniam capiant, ut negotientur, vel latifundia dilatent, & ab his licere reditus emere. Hæc est enim vera praxis, & concordia divinæ, civilisque legis.

VII. Post num. 26. in horum omnium confirmationem hæc subjicit: Dum hæc ad excudendum recognoscerem, commode venit in manus meas libellus elegantissimus eruditissimi Viri Joannis Epini in Psalm. 15. ubi tres facit hominum ordines, & jurare docet dissimili ratione, & modo. Quidam, inquit, sunt pauperes, qui ad mendicitatem inevitabilem rediguntur, nec reddere queunt. Quidam indigentes; his ad tempus opus est, sed aliquando reddere poterunt. Quidam possessiones tenent, quibus de suo satis est, qui ad tuenda vitæ necessaria commoda alienis rebus, & commodis indigent. Primis gratuita beneficentia, seu eleemosyna. Secundis mutuum debetur. Tertiis permittitur inter se de lucro pacisci. Mutuum ex beneficentia habet apud Deum ampla præmia in hac, & in futura vita. Redituum emptio, lucrique studium, nulla præmia habent a Deo. Hæc Epinius. Nec iste ordo, & distinctio personarum, est humana, aut voluntaria interpretatio. Sed necessarius, & apertus sensus Scripturæ. Non enim præcipit omnibus, ut dent: sed his quibus suppetit, nec præcipit omnibus dari, sed egentibus; igitur pro modo egestatis. Ad primos ergo pertinebant præcepta divina de eleemosyna. Ad secundos leges divinæ de mutuo præcepto, & usuris vetitis. Textus apertus Levit. 25. vers. Si attenuatus sit. Quod si simpliciter daretur his, quibus mutuare convenit, nulla servaretur æqualitas; quod uni esset afflictio, alteri foret relaxatio, & occasio inertie. Ad tertios generales illæ sententiæ de

omni fraude, & injustitia vetitis, & ne alter alterum supergrediatur 1. Tess. 4. ex generalissima illa: Alteri ne feceris quod tibi nolis.

VIII. Prius num. 24. declaravit, usuras percipiendas a divitibus, moderatas esse debere. Turpes, inquit, sunt, & in conscientia illicitæ usuræ, quæ excedunt quotam ab æquabili lege, vel consuetudine loci taxatam, quæ in jure vocantur improbum fœnus; pariter usuræ usurarum: quæ autem non excedunt, sed simplici animo fiant, modo etiam non fraudetur proximus subventione debita, licitæ sunt, sicut & cæteri contractus bona fide initi. Si autem vitioso affectu, & fraudulenter fiant, illicitæ sunt, sicut & omnis fraus, vel malitia in cæteris contractibus admissa.

IX. Hæc paulo fusius rescripsi ex Molinæo, ut exploratum omnibus esset, cæteros posteriores Scriptores usurarum patronos, si res ipsa spectetur, parum ab eodem differre. Modos, & cavillos pro temporum opportunitate excogitarunt, ut erroneam doctrinam quoquomodo justæ censuræ subducerent. Unum advertas velim, Molinæum præ cæteris hæreticam doctrinam suam tam specioso verborum apparatu, tam fallaci charitatis specie obtegere, ut Lectoribus minus expertis facillime imponat. Cautius quippe aliis loquitur. Charitatis partes agere ostentat, & sub negotiationis amplificandæ larva, augendarum divitiarum cupiditatem fovet, viamque aperit avaritiæ explendæ. Honestam asserit usuram, ac justam, dummodo non a pauperibus, sed a divitibus patrimonium amplificandis percipiatur, modusque a legibus definitus servetur. Hæc usura proximum non mordet, sed juvat. Nemini injuriam facit. Cur ergo cum Charitate evangelica, aut cum lege naturali pugnabit? Sic ille.

X. Claudius Salmasius Calvinii, & Molinæi doctrinam defendit, sed ab eorum sincera disputandi ratione recedit. Cuniculis, & dolis causam agit. Honestam vult usuram, non quatenus lucrum ex mutuo est; sed prout loca-

re pecuniæ merces dicitur. Hoc pacto se explicat lib. de Usur. cap. 8. Docuimus inter alia, quod maximi erat; ad hoc, quod tractatur sumus, momenti inter commodatum, & locatum, non esse magis discrimen, quam inter mutuum, & fœnus. Nunc ergo hic locus est ei disceptationi, qua discutiendum est: Utrum fœnus numerari debeat inter licitos, & naturales contractus, an vero inter vetitos, ac minime usuræ consentaneos. De mutuo, quod dicitur gratuitum esse, æque libenter id concedam ac de commodato, quod & ipsum gratuitum esse debere inter omnes convenit: sed questionis est, quemadmodum pro commodatæ rei usu non inter vetita est mercedem postulare: an similiter & pro usu rei, quæ mutuo datur, licitum sit usuram exigere, quæ merces est, non solum pecuniæ mutuo datæ, sed etiam cujuscumque rei ex earum genere, quæ pondere, numero, & mensura constant, si utendæ alicui dentur. Quæ res facit ex comodato locatum, eadem præstat, ut pro nunc sit fœnus, nempe merces. Qui eam in commodato probant, cur in mutuo improbant nescis: nec ullam hujus diversitatis rationem vides. Locatio ædium, vestis, animalis, servi, agri, operæ licita erit: non erit fœneratio, quæ proprie locatio est pecuniæ, tritici, hordei, vini, & aliarum hujusmodi specierum, frugumque, tam arenarum, quam humidarum. Locari pecuniam Salmasius docet, eo modo, quo locantur agri, domus, equi &c. Et sicuti pensio pro locatione domus justa est; ita & merces locatæ pecuniæ. Hac de causa supra docuit, usuram non esse ex mutuo definiendam.

XI. Nicolaus Broedersen Janfenista, & Schismaticæ Ecclesiæ Ultrajectinæ Pseudocanonice, Calvinii, Molinæi, Salmasii, cæterorumque Hæreticorum doctrinam amplectitur; sed tanta verborum turba eam implicat, tanta rerum indigesta congerie rem omnem perturbat, ut nunquam legerim (candide fateor) centonem ineptius confarcinatum Opere suo. Singulis fere paginis probare contendit, Scripturas, & Patres, usuram opprimentes pauperes improbare, secus illas, quæ ab opulentis divi-

tibus percipiuntur. Unum, & alterum textum ex mille dabo. Lib. 2. part. 2. cap. 4. num. 132. Secundum SS. Patres, cum usuras damnant, considerant sortes illas, quæ ex charitate pauperibus, ac indigentibus utendæ dari debent, eorumque accessiones reprobant. Item lib. 5. cap. 6. n. 13. Ex eo quod Patres aliquando usuram vocent iniquam, sive iniquum esse usurarium lucrum, non strictè infertur, secundum Patres, usurarium lucrum per se justitiæ commutativæ repugnare. Item n. 17. Supponit hæc argumentatio aliquam Dei esse legem, qua nobis in universum omnes prohibeantur usuræ, tam illæ, quibus indigentes leduntur, quam illæ, quæ cum divitibus mercatoribus, sine ulla læsione, sed secundum æquitatem, ex lege, & peritorum Judicio exercentur. Suppositum vero illud est falsum. Nulla enim Dei lege aliæ nobis interdicitur usuræ, quam illæ, quæ charitatem ledunt. Item eod. lib. 5. cap. 19. n. 11. Si Sanctus Basilius illam solum consideret usuram, quæ miserum tristiciæ necessitatis est remedium, rite, & solide ex his dilemmatibus infert, nemini ad fœnus esse recurrendum, & sic ista argumenta, bona, & efficacia sunt. Si Sanctus ille Doctor ob oculos habuisset innoxias illas inter opulentes usuras, de quibus disceptamus, ex dictis dilemmatibus non sequeretur, nulli hominum pecunias ad usuram esse sumendas. Nam copiosus mercator, qui non necessitatis, sed majoris lucri causa pecuniam ad usuram accipit, per ea argumenta non convincitur usuram illam cavendam. Dicit illi S. Basilius. „ Si habes, unde reddas, cur præsentem necessitatem, eorum, quæ „ habes, subsidiis non relevas? Vel si „ dives es, noli sumere mutuo: nam „ si nullius rei es indigens, quid tibi „ cum fœnore? „ Respondebit illi dictus mercator: ego non necessitatis, sed majoris lucri causa recuro ad usuras, quæ mihi non oneri, sed occasione, medio, & auxilio sunt ad lucrandum. Per istud responsum S. Basili dilemmata, respectu divitis hujus, enervantur. Adeoque S. Basili dilemmata, si ille etiam inter divites innoxias considerasset usuras, non valerent. Duplex enim in illis committeretur vitium:

Alterum, quod disjunctiva illorum non comprehendat omnes homines; nam neutro membro comprehenduntur divites illi, qui non necessitatis, sed lucri causa, pecuniam ad usuram accipiunt. Alterum, quod non sit necessaria consequentia prioris membri illarum disjunctivarum; nam non necessario sequitur: Dives nullius rei est indigens: Ergo non debet recurrere ad fenus. Potest enim alia, quam necessitatis causa, scilicet majoris lucri, aliquam pecunie summam ad insontes accipere usuras. Quod utrumque continent vitium ista dilemmata respectu istarum usurarum, quæ sine ulla fraude, & læsione, non necessitatis, sed majoris lucri causa inter divites exercentur. Igitur aut S. Basilii dilemmata non valent; aut ille solas illas consideravit usuras, quæ misera tristes necessitatis sunt remedia. Tam perspicaci Doctori non potest sine injuria tam crassum argumentationum vitium imputari. Ergo statuendum est, eum non spectasse innocuas istas usuras, quæ sine ulla læsione, & fraude inter peculiosos exercentur. Hæc omnia totidem fere verbis exscripsit Italus Author, qui in compendium redegit Broedersen citato Libro Dell'impiego del danaro.

XII. Evidens itaque est, juxta Broedersen, usuras moderatas a divitibus exactas licitas esse; quam doctrinam singulis fere paginis inculcat. Unum hic animadvertas velim, hominem hunc adeo pugnantia cum Evangelio scribere, ut vix legi sine stomacho possint. Dives es. Ut autem ditior evadas, fœnebrem pecuniam conquiris? Hoc Christus, hoc Evangelium approbat? Quisnam istius mutationis fœneratitiæ finis? Majus lucrum? Æstus ditescendi? Hæcine Evangelium sapiunt? At hæc divitiæ, inquis, in bonum publicum, nempe in commercii augmentum cedunt. Ita ne vero? Injuste ergo Evangelium vetat inhiare lucro, & divitiis, quod lucri, & divitiæ in bonum publicum cedunt? Ignoravit ne Christus quæ bono publico conferant? Sed dicant nobis istius boni publici buccinatores: Quæ lex astringit Petrum, Paulum, aut quemlibet Christianum, ut is, nullo cogente Principe, nulla

præcipiente Potestate, debeat pecunias fœnebres conquirere, usuras solvere, non quod ulla prematur indigentia, sed ut bonum publicum promoveat? Ubina lex ista, quæ aut præcipiat, aut honestet fœnera ista? Quid plura? Invenias mihi unum ex mille, qui dum majoris lucri causa usuras exercet, vel recogitet, aut unquam recogitavit aliud bonum, quam proprium commodum, seu augendum divitiarum scopum, ut ipse scribit Broedersen. Sed hæc præter institutum, & dicis gratia. Quæ S. Doctori Basilio improperat, digna sunt homine Jansenista. Luculentum est, ibi Basilium divitum usuras improbare. Negat Broedersen. Cur? Quia, inquit, Basilius improbat innoxias usuras inter opulentes, qui, non necessitate premente, sed divitiarum augendarum cupiditate succensit, undique pecunias mutuatitias colligunt, ut hanc expleant cupiditatem. Hæcine est Theologia viri Catholici? Hæcine in Patres obsequium? Errant, cæcutiunt SS. Patres, nisi ad salivam loquantur. Non est dicendum, Basilium Doctorem acutissimum errasse. Ergo fatendum, adprobasse insontes divitum usuras. Sic philosophatur Nicolaus Broedersen. Suo loco evincam quam putida sit calumnia, quam Jansenista Broedersen impingit S. Basilio. Siquidem conceptis verbis Doctor sanctus detestatur usuras perceptas ex pecunia data mercatoribus lucri causa.

XIII. Calvini, Molinæi, Salmasii, & Broedersen doctrinam amplexati sunt quidam alii. Aliquos textus transcribam ex Opere Dell'impiego del danaro. In Introductione pag. 16. hæc habentur. Troverai in qualch' uno, che non si può prender usura nè da poveri, nè da ricchi, il che è verissimo, PERCHE' USURA, VUOL DIRE PRENDER TROPPO, E IL TROPPO NON SI PUO' NE' DA POVERI, NE' DA RICCHI. Troverai chi dirà, non poterli esigere nè poco, nè molto, e parla ottimamente; perchè intende da poveri, e da angustiati, su i disastri de' quali non è mai lecito di trar profitto. Benchè io

vesta

vesta què la figura di chi tiene per questa parte, non per questo celerò punto, o tacerò, quanto di più forte in favor dell'altra, da chi la propugna, si adduce. Vero è, che per quella, son già dugent'anni, che altro non si fa, che RIPETERE, la dove per questa delle più precise autorità, e delle più vigorose ragioni non credo si sia per anco fatto bastante uso. Dicendi veniam postulamus, Calvinum, Molinæum, Salmasium, Noodt omnia uberiorius, eloquentius, elegantius, efficacius in medium prompsisse. Patres, & potissimum Thomam Aquinatem, OMNIA, quæ alicujus sunt momenti, expendisse, & penitus in antecessum labefactasse. Nihil omnino novi, ne unicam quidem ratiunculam promittit Author Operis: Dell'impiego del danaro, quæ prius typis edita non fuisset.

XIV. Sed quosdam alios textus rescribamus. Pag. 2. USURA, qualche antico del 1300. e ancora del 400. l'intese per quel poco, o molto, che nella restituzione si prende di più del dato, e d'ordinario trattando di moneta. Ma a nostri tempi, s'intende l'esigere in qualunque modo si faccia MAGGIOR interesse del convenevole, e del permesso, ed approvato da' Tribunali, e dall'usato correntemente dagli Uomini di buona coscienza in quel tempo, ed in quel Paese.

XV. Pag. 26. Or dov'è mai in tutti i passi (di Sagra Scrittura) fin ora messi innanzi, e raccolti, QUESTO PRETESO DIVIETO di dare alle occasioni con legale, e discreto frutto, somme di danaro a chi per affari di sua casa, per migliorare il suo stato, per suoi traffichi, per suoi vantaggi le chiede? Altro què non si vede mai, se non rimproverar L'USURA, che fra gl'Ebrei correva, qual era la FURIOSA, E INSOFFRIBILE; e condannar chi non soccorreva, se non per interesse, e con guadagno i poverelli, e gli angustiati, quali empietà, non c'è ora buon Cristiano, che non condanni.

XVI. Parlo quanto a quest'ultimi per relazione; poichè da loro libri in tale argomento, per esser sicuro di non aver preso niente da loro, io non ho voluto leggere neppure un verso. Il passo adunque è nel

Levitico. Nec accipias usuras ab eo, nec amplius, quam dedisti. Questo detto è l'unico, dal quale sembri ferirsi direttamente, e generalmente anche il modesto frutto, e spiegarfi, che nulla più dobbiamo farci rendere di quello, che abbiamo dato. Ma da questo appunto incominciar dobbiamo a riconoscer l'intrinfeco di tal materia, a scuoprare il PERPETUO equivoco, che vedremo regnare sino all'ultimo, e a ravvisar lo sbaglio, che nasce dall'addur parole isolate, citazioni tronche, e sensetti dalla lor materia divelti Veggiamo in grazia nel caso nostro di chi si parli, e di chi si tratti. Si attenuatus fuerit Frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum quasi advenam, & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias usuram ab eo, nec amplius quam dedisti. Timè Deum tuum, ut vivere possit Frater tuus apud te. Ecco come si tratta del povero, anzi di quel povero, che è anche impotente. Ora verso gl'impotenti, ed inabili a procacciarsi lavorando il vitto, professiam tutti, che corre positivo debito di limosina al loro necessario sostentamento, non che sia lecito mai cercar vantaggi, ed utili dal sovvenirli. Veramente però di quel povero s'intende què, che può restituire quanto riceve; onde di esigere da lui restituzione permettesi. Ma dal non poterli esigere frutto da un tale, si vorrà dedurre, che sian tenuti a dar per niente i nostri capitali anche a' facoltosi? Tandem sub finem capitis ait. In somma nelle prische età credito non fu mai, nè pensato, che per tal detto si proibisca qualunque frutto, quando si diano somme a chi possiede buoni fondi, o a chi ha capitali in giro: ma che si proibisca bensì di esigere alcun prò da quelli, cui siamo tenuti a soccorrere, impoveriti essendo, ed abbandonati.

XVII. CAPO QUINTO. Si fa osservare, come tutte le autorità della Scrittura parlano d'usure divoranti, ed a' poveri imposte Quelle usure ci si condannano, che opprimono il Prossimo, non quegl'interessi, che lo sollevano. . . . Contro quanto si è fin què ragionato, ben so, che viene opposto, delle USURE parlar qualche volta la Scrittura generalmente, e pa-

e parer da ciò, che le biasimi, gravi, o leggere, o da poveri esatte, o da ricchi. Ma poichè la Scrittura tante, e tante volte dichiara, che il divieto cade sopra l'aggravare i poveri; che importa mai, se qualche volta ciò non espresse? Rifflettiamo in oltre. Qual ragione si può mai trarre, per credere abolita ogni sorte di USURA, dal parlar generale in qualche luogo de' Sacri Testi?

XVIII. Capo Sesto. Come il prò discreto, e da i non poveri esatto, si riconosce ammesso nella Scrittura.

XIX. Libro Secondo. Capo Primo. Come i Padri Greci altro non riprovarono mai, che le usure enormi, e le da' poveri esorte.

XX. Capo Secondo. Come i Padri Latini ebbero l'istesso sentimento, e Dottrina, che i Padri Greci.

XXI. Tandem relatis Patrum Græcorum, & Latinorum textibus, & in erroneum sensum detortis, his verbis concludit: *Facciam sine una volta, perchè al certo par soprabbondante quanto si è detto, per mettere in pieno lume, che i Santi Padri Latini, e Greci, altro non riprovarono, che il ritrarre USURA da' poveri, o il ritrarla in modo, che facesse diventari poveri.*

XXII. Non minus ergo compertum est, quam solem in meridie lucere, Authorem libri inscripti: *Dell' impiego del danaro*, usuras moderatas, atque adeo doctrinam Calvini, Molinæi, Salmasii, aliorumque Protestantium, quam semper, ut hæreticam detestati sunt Catholici omnes, propugnare. Hæresim se declinare putavit vocum mutatione. Sæpe enim *Usuram* appellat vulgari lingua *Prò*, *frutto*: At ipsemet declarat has ipsas voces *Prò*, *frutto*, usuram significare. *Niun di loro scartò le usure, che ora si direbbon PRO'. Et alibi. Non è dunque anche secondo le loro dottrine da condannar l' USURA, cioè i PRO' generalmente. Quid plura? Nonne Italus Interpres adoptat hoc de argumento Opus Broedersen, inscriptum: De usuris licitis, & illicitis? Nonne omnia potissima principia, quibus Doctores Catholici a sæculo XIII. usque ad*

hæc tempora evincunt, omne lucrum ratione mutui perceptum sœnebre esse, improbat, atque infectatur? In mutuo transferri dominium; pecuniam suapte natura sterilem esse, ut vana commenta deridet, sibilatque. Tandem, nonne ipse plenis buccis fatetur, se propugnare sententiam illam, quam P. Valentia Jesuita, D. Gaytte, P. Natalis Alexander, Quesnellus, alique vocant hæreticam? Hoc rotundo ore fatetur Adversarius, laudatosque Theologos ut injustos censes respuit. At Theologi isti non aliam doctrinam hæreticam vocant, quam illam, quæ defendit, usuram moderatam a divite perceptam esse licitam. Ergo ipse Adversarius aperte confitetur, se usuras moderatas: 4. aut 3. in centum, licitas esse. Factum istud adeo clarum, adeo compertum est, ut nemo ratione præditus illud vel in dubium revocare possit. Immo hoc ipsum, nempe usuras moderatas a divite exactas esse licitas, duobus integris libris demonstrare conatur. Quo posito, dicimus, Catholicos omnes hanc doctrinam, aut ut hæreticam, aut ut hæresi proximam reprobasse. Plurima sileo, ne rem certissimam dubiam disputando efficiam.

XXIII. Sed en alterum illius textum in hujus confirmationem veritatis exhib. 2. pag. 119. depromptum. *Il Quesnell nella sua Edizione inveisce qui con lunga nota contra l' odierno costume ch' egli chiama DOGMA NOVITIUM, dolendogli che da Cattolici approvato sia. I suoi fondamenti è maraviglia quanto sieno deboli. Afferma esser chiaro, che S. Leone attaccò non solamente l' usura co' poveri, ma quella ancora co' ricchi, quando di ciò non ha immaginabil segno. Quodnam est Dogma novitium, quod Quesnellus confutat? Hoc sane. Usura moderata a divitibus percepta licita est. Hoc est dogma novitium, atque adeo hæreticum quod Jansenista Quesnellus impugnat, & Jansenista Broedersen cum suo Interprete defendit. Falsum est, Quesnellum asserere hanc hæresim a Catholicis defendi; sed illi dolet, quod Catholicorum aliquis adeo sit imperi-*

tus, ut se in errorem trahi patiatur. Legatur integra Quesnelli nota.

§. IV.

BENEDICTUS XIV. Pontifex Sapien-
tissimus expositam controversiam defini-
vit. Omnem usuram, sive magnam, si-
ve parvam, sive moderatam, sive exce-
dentem, sive a pauperibus, sive a di-
vitibus, sive ab iis, qui pecuniam mu-
tuatitiam tenent otiosam, vel prodigunt,
sive ab iis, qui eandem questuosis ne-
gotiis impendunt, perceptam improbat,
ut criminiosam, injustam, & justitiæ
commutanti adversam. ERRORES re-
sens excipit, rejicit, proscribitque.

I. Expositam controversiam, ut vidi-
mus, a Calvino excitatam, a Molinæo,
Salmasio, Cloppenburgio, Noodt, cæ-
terisque Hæreticis Transalpinis propu-
gnatam, Theologi Catholici illis regio-
nibus finitimi semper ut hæreticam,
aut hæresi proximam damnarunt, at-
que strenue etiam labefactarunt. Ro-
mana Sedes nullam ad hæc usque tem-
pora in eandem controversiam censu-
ram tulit, quod nullam inter Catho-
licos de eadem contentio esset. Sed his
nostris temporibus omnium calamito-
sissimis hæretica doctrina a Protestan-
tibus ad Jansenistarum aliquos, & ab
his ad nonnullos Catholicos penetra-
vit. Apostolica sollicitudinis partes exi-
stimavit esse Pontifex Summus feliciter
regnans, causam hanc sub examen
inducere. Et iis omnibus præmissis,
quæ in gravioris momenti causis exe-
qui Apostolica Sedes in more habet,
hanc sententiam pronuntiavit in duas
partes tributam.

II. Peccati genus illud, quod usura vo-
catur, quodque in contractu mutui pro-
prium suam sedem, & locum habet, in
eo est repositum, quod quis ex ipsomet mu-
tuo, quod suapte natura tantumdem dum-
taxat reddi postulat, quantum receptum
est, plus sibi reddi velit, quam est rece-
ptum, ideoque ultra sortem lucrum aliquod
ipsius ratione mutui sibi debere contendat.
Omne propterea hujusmodi lucrum, quod

sortem superat, illicitum, & usurarium
est.

III. Neque vero ad istam labem pur-
gandam ullum accessiri subsidium poterit
vel ex eo, quod is, a quo id lucrum so-
lius causa mutui deposcitur, non PAUPER,
SED DIVES existat, nec datam sibi mu-
tuo summam relicurus otiosam, sed ad
fortunas suas amplificandas, vel novis com-
mendis prædiis, vel questuosis agitando
negotiis utilissime sit impensurus. Contra
mutui siquidem æqualitatem semel positam
plus aliquid a quolibet, vi mutui ipsius,
cui per æquale jam satis est factum, exi-
gere adhuc non veretur: proindeque si ac-
ceperit, restituendo erit obnoxius ex ejus
obligatione JUSTITIÆ, quam COMMU-
TATIVAM appellant, & cujus est in hu-
manis contractibus æqualitatem cujusque
proprium & sancte servare, & non serva-
tam exacte reparare.

IV. Apostolica sententia adeo clara,
adeo perspicua est, ut nulla Adversa-
riorum interpretatio eam obnubilare
queat. Potissima doctrinæ Catholicæ
cápita firmat, & novos contrarios er-
rores rejicit, proscribitque, alios ex-
presse, alios necessaria consecutione,
ex definita doctrina proficiscentes. U-
SURA peccatum esse definitur. Pecca-
ti genus illud, quod usura vocatur. Pec-
catum istud in mutui contractu sedem
habet. Quodque in contractu mutui pro-
prium suam sedem, & locum habet. Mu-
tui natura in dati, redditique æquali-
tate sita est. Suapte natura tantumdem
dumtaxat reddi postulat, quantum rece-
ptum est. Quodlibet proinde lucrum,
vi hujus mutui perceptum, illicitum,
sœnebre, injustum est. OMNE propte-
rea hujusmodi lucrum, quod sortem supe-
ret, illicitum, & usurarium est.

V. Hæc satis fuissent ad controver-
sæ decisionem. Si enim OMNE lucrum
ex mutuo perceptum sœneratitium est,
quodlibet profecto, sive magnum, sive
parvum in TO OMNE continetur.
Verum quia intentatæ adversus Catho-
licam doctrinam litis cardo hoc ver-
tebatur principio, quod lucrum mo-
deratum a divite, non a paupere
perceptum, honestum sit; idcirco ad-
jecit

jecit secundum sententiæ caput, quo conceptis verbis erronea hæc doctrina a Calvino, Molinæo, Salmasio invecata, & a quibusdam Catholicis adoptata, rejicitur, improbaturque tanta perspicuitate, ut nullo commento, nullaque cavillandi arte eludi possit Apostolica decisio. Principium alterum, cui tota hæc Calviniana machina superstruitur, nempe usuram cum charitate, non cum justitia pugnare, similiter rejectum est, atque convulsam. Lucrum quippe usurarium quodcumque ex obligatione *Justitiæ, quam commutativam appellant*, restituendum esse sancitur.

VI. Tandem ex iis, quos superiore §. rescripsimus, textibus, palam est, quinam sint ii Authores, quibus sententiæ rejectæ, & errores proscripti referri debent: quinam illi, qui eandem sententias fovent, ac tuentur. *Insuper apertissime agnovimus Authores, quibus contrariæ sententiæ referri debent, & eos pariter, qui illas fovent, ac tuentur, aut illis ansam, seu occasionem præbere videntur.* Ut palam esset quisnam sint Authores isti, quorum hic Pontifex Summus meminit, eorundem verba transcripsimus cum latina, tum vernacula.

§. V.

Ineptissimum sophisma, quod pecuniæ non mutuo dentur, sed ad interesse: non ad imprestito; sed ad lucrum, reprobat Pontifex Summus BENEDICTUS XIV. his verbis „ ne aditum relin- „ quatis ineptis illorum sermonibus, „ qui dictitant de usuris hoc tempo- „ re quæstionem institui, quæ solo „ nomine contineatur. “

I. Quæ hætenus ex Epistola decretali recitavimus, vera quidem sunt, luculentaque. Quis tamen umquam, clamitant eruditi nostri, eadem vel indubium revocavit, exceptis Calvino, Molinæo, Salmasio, aliisque Protestantibus? Omne lucrum ex mutuo fœnere est, vitiosum, turpe. Mutuum enim gratuitum sua natura est. Contra naturam mutui agit qui ex mutuo lu-

crum exigit. Certa hæc, & inconcussa. At quid inde? Nos pecunias nostras, nequaquam mutuo, sed *ad interesse, ad fructum, ad lucrum* damus hominibus, qui pecuniis istis ingentia assequuntur lucra, & commoda: ergo lucrum, quod percipimus fœnore caret. Fœnus quippe sine mutuo haberi non potest? Nonne ipsa Decretalis Epistola definit, usuræ peccatum in mutuo locum, & sedem habere? Ergo nos, qui pecunias mutuo non damus, ab usuræ crimine immunes sumus. Inutilis ergo, & superflua est Epistola decretalis; nihilque ex ea contra nos extundi potest.

II. Jam in antecessum, ubi mutui finitionem dedi, argutationem hanc explosi ut ridiculariam, ineptissimamque, invecatam a Gallo *Coreur*. Verum, quia nostratum aliqui adeo sunt infatuati, ut quidquid in quorundam Transalpinorum libris legunt, veluti oracula suscipiant; idcirco hanc futilissimam objectiunculam, quam illi ad ravim usque repetunt, repetere equidem coactus sum, ut deridendos propinarem, qui eandem obrudere audent. Nemo quippe opponere similia potest, qui bono, communique sensui non renuntiaverit. Quandoquidem merus est in objecto, & ad fallendum compositus verborum lusus. Hac argutatione posita, nulli minus fœneratores, quam famosi fœneratores ipsi. Omnis quippe fœnerator lucro inhiat, & ad lucrandum, non ad mutuum gratuitum pecunias dat. Ergo a fœnore liber. Immo quo ille magis vult moderatum lucrum, eo magis distat a fœnore. Dicant ergo nobis Argutatores isti: Qui fieri potest, ut usuræ culpam perpetret Christianus, illorum doctrina admittit? Mutuo is dat pecunias, nihil postulans supra sortem, nec sperans. Nullum hic fœnus. Si lucrum quæris, jam non mutuo, sed ad lucrum, *ad interesse* pecunias tradit. Impossibile huic ergo fœnus erit. Qua enim via possibilis huic usura foret? Quod gratuito mutuo tradat pecunias, deinde decursu temporis lucrum petat? At hæc levissima

suma plane est circuitio. Tum enim debitor sortis non adstringitur reddere lucrum, nec illud peti potest. Quod gratis datum est, ullum sic danti fructum parere nequit. Ea propter qui illum exigeret, non fœnerator esset, sed potius injustus, & raptor. Contractus quippe mutui, juxta leges, nullo præfinito auctario, gratis peragitur. Si ergo decursu temporis quidquam requiris, debitor id solvere non tenetur. Tu ergo magis tunc furti, & rapinæ reus esses, quam usurarii criminis, si quidquam exigeres. Verum, licet in Epistola decretali conceptis verbis hoc sophisma improbatum fuisset, num propterea cavillandi rationes omnes ingeniosis Recentioribus subtraherentur? Confugerent illi statim (neque enim conjectura fallor) ad PP. Gibalinum, & Raynaudum, docentes, te usuræ scelus nequaquam committere, etiamsi dicas *te mutuari pecunias tuas*, proventumque perceperis, propterea quod verba hæc *mutuari, prester, prestare* æquivoca sunt, satisque est te habere bonam intentionem lucrandi juxta modum, quem docent ingeniosi Juniores. Quibus omnibus positis, nemo non videt, inanem fatuamque esse omnem de usura quæstionem. Quare sapienter BENEDICTUS XIV. has omnes cavillationes flocci fecit, atque unica generali regula, seu monito, ut ineptas rejecit, admonens fideles suos, *ne aditum relinquant ineptis illorum sermonibus, qui dictitant de usuris hoc tempore quæstionem institui, quæ solo nomine contineatur.*

III. Neque recensitæ fallaciæ obruduntur solum a *Casuis* nonnullis, qui meritissimi audiunt apud aliquos in Theologia morali, sed ab eruditis aliquibus hujus ætatis Viris, qui se ratiocinari ad exactioris criticæ leges jactant. Nec advertunt acuti homines, numquam fuisse in mundo fœneratores, nisi qui immoderatas usuras percepissent, illorum admittit doctrina ridicularia modo in nostra DECRETALI damnata. Siquidem Pontifex Summus requirit ad justum lucrum contra-

ctum, cujus natura sit prorsus diversa a mutui natura. Novi usurarum Patroni, sola intentione, solo animo tradendi pecunias ad lucrum moderatum, omnem de mundo usuram auferunt, ipsamque Pontificiam DECRETALEM volentes, nolentesque carpunt, dum ajunt, in eadem damnari lucrum exactum vi mutui, quod & ipsi damnant, non item proventum perceptum ex pecuniis traditis *ad interesse*. Sic illi verborum lusu, & inanissimis gerris, quæ vix ac ne vix quidem sophistas decent, de gravissimo, immo capitali Theologiæ dogmate ratiocinantur.

§. VI.

Sententia Authoris Itali, qui libro inscripto: Dell' impiego del denaro, in Compendium redegit opus Broederfen, pleno in lumine ponitur. Impositura, quam Author iste impingit Romanæ Ecclesiæ, in qua Sæculo XIII. mutatam esse de usura doctrinam scribit, penitus profigatur.

I. Opus inscriptum: *Dell' impiego del denaro* perpetuis antilogiis scætet; tantaque verborum circuitione omnia in illo implicantur, ut modo apertum errorem præferat, modo adhibitis verborum fucis Lectorem fallat. Hujus Auctor primis libris perspicue, & sine fuce doctrinam Calvini, Molinæi, Salmasii cum suo Jansenista *Broederfen* transcribit, docet, propugnatque. Libro 3. similiter principia Molinæi, Salmasii, & aliorum fuse explicat; nempe in mutuo non transferri dominium, pecuniam fœcundam, non sterilem natura sua esse. Sub libri finem quorundam laxioris ethices *Casuis*tarum opinionationes in subsidium arcessit. Doctrinam P. Maignan ab Ecclesia proscripam adoptat; sicuti & aberrationes Patris de Colonia. Igitur, ut Authorem istum, ejusque fautores ad incitas redigam, nullaque ad effugium rima superfit, oppositas, quæ hoc de argumento vigent, opiniones, ob oculos pono. Prima est Catholicorum omnium; do-

centium omnem usuram, quæ est lucrum ex mutuo, sive moderata sit, sive nimia, sive a pauperibus exacta, sive a divitibus, peccatum esse. Altera Calvini, Molinæ, Salmasii, Noodt, Broedersen, aliorumque Jansenistarum, & Protestantium, qui usuram mordentem, nimiam, vel etiam moderatam, sed a pauperibus exactam, improbant, usuram moderatam a divitibus, & mercatoribus perceptam, ut honestam, licitamque defendunt. Quid ad hæc Interpres Broedersen? Nulla sententia media est. Alterutram propugnet oportet. Primam refellit duobus primis integris libris, & secundam totis lacertis defendit. Negat? Quam ergo in hac celebri de usura controversia sententiam amplecteris, Erudite Auditor? Quid probare intendis duobus primis libris? Dicant nobis Broedersiani omnes, quænam refellatur laudatis duobus integris libris operis inscripti: *Dell' impiego del danaro*? Ibi non de hoc, aut illo contractu peculiari; sed de universali sacra Scripturæ, & SS. Patrum doctrina ferme est. Alterutra ergo ex laudatis sententiis necessario defenditur. Dicturi ne sunt nihil ibi probari, nihil defendi? Sed hæc dicta sunt in eos, qui hanc causam penitus ignorantes, quidquid in buccam venit, spuunt, & apud ignarum vulgus exaggerant.

II. Ceterum systema Authoris Itali illud ipsum est, quod Protestantes defendunt, unius dumtaxat vocis diversitate alicubi, non tamen semper, adjecta. Nam quod illi *usuram*, iste *Prò, fructum* appellat quandoque. Paucis verbis illius sententiam integra sinceritate perstringam. Usuram in mutuo sedem habere negat, pernegatque, non obiter, non aliorum tantum opiniones referendo, sed ex instituto. In usuræ definitionem *Mutui* vocem sæculo XII. investam docet. Mutuum, inquit, gratuitum donum est: Ergo sicuti ex dono, ita ex mutuo nihil recipi potest. Hoc ipso quod quis pecuniam tradens lucrum intendit, non mutuo, sed *ad interesse* eam locat. Et hæc pecuniæ traditio, non mutui, sed locationis

contractus est. Si lucrum perceptum ex hac pecunia divitibus, & mercatoribus tradita moderatum sit, usura honesta, & licita est, quæ *hodie* non usura, sed *proventus* appellatur. Si lucrum immoderatum fuerit, & excedens, vel a pauperibus exactum, usura criminosa est, scelerisque plena. In solo quippe lucri excessu usuram suam esse ait. Unum summa dignum animadversione perpendendum in hoc Opere est, videlicet hæreticam doctrinam passim verborum fucis obtegi, & sagaci dexteritate quadam lectoribus propinari. Audi, quæ in ipsa Introductione scribit Author pag. 20. *Nè sospetto in alcuno cadesse mai, che con quanto in quest' Operetta si è per esporre, si venisse a dar modo per difender quella, che veramente è usura*. En quam aperte, clamitant scituli quidam, improbat & Author noster usuram veram. Ita ne vero? Et quænam illi usura *VERA*? Solam ille usuram mordentem, pauperes devorantem, familias desolantem, seu quæ in pretii excessu sita est, *veram* appellat usuram. Quis autem hæreticorum, ne Calvino quidem, Molinæ, cæterisque Protestantibus exceptis, hanc immanissimam non detestatur usuram? Quis tantum monstrum probavit umquam? Solos itaque imperitos fallere recitata Italica verba queunt: Hæc nativa, & sincera Authoris Itali, Interpretis Broedersen, sententiæ imago. Ne vel tantillum imponere videamur, ejusdem verba referenda sunt.

III. Scribit pag. 297. ubi interpretatur, unaque illustrat doctrinam Broedersen. „ Il chiama l' usura *lucrum ex mutuo, ovvero vi mutui; si agatur de mutuo proprie dicto, CHIMÆRAEST*: „ perchè prestito è un donar l' uso, „ onde da esso non si ritrae mai guadagno, come non si ritrae dal dono, e non bisogna però confonderlo con usura: niun santo Padre addoprò mai così fatte espressioni, e non bisogna allontanarsi dall' uso della Scrittura e de' Padri. Pag. 298. *in sostanza il definir l' usura dal mutuo è contrario a tutta l' antichità*.

IV.

IV. Hæretica ne, an Catholica est doctrina isthæc? Quid reponis? Usura peccatum peculiare est, ab aliis contra justitiam omnino diversum. Mutuo sublato, si lucrum sit immoderatum, injustitia, non usura, juxta Catholicos omnes dicitur. Nullum ergo in mundo usuræ crimen. Hæretica plane est doctrina isthæc. Hæreticam ergo doctrinam docet Author Italus. Falleris, inquires. Hic Interpretis, non Doctoris personam sustinet. In Compendium quippe redigit volumen Broedersen. Esto. Qui opera Lutheri, Calvini, Socini in Italicam linguam verteret, eaque legenda Catholicis traderet typis edita, an non saltem docere præsumeretur doctrinam hæreticam? Ergo vel ex hoc solo, Opus *Dell' impiego del danaro* severæ censuræ obnoxium mihi videtur.

V. Verum enimvero non ut Interpretis modo, sed etiam ut Doctor, Author noster Italus laudatam hæreticam doctrinam propugnat. Quin gravius, quam ipse Broedersen. „ Vi aggiunge „ poi anche gli Scrittori del secolo decimoterzo in quà: *che vuol dire da quando CAMBIARONO IN QUESTA MATERIA LE DOTTRINE*. Lege integrum folium 467. Nicolai Broedersen, quod in compendium vertit Author Italus, & nullum horum verborum vestigium ibi reperies. Hanc doctrinæ mutationem proprio Marte inventam adjecit Interpretis, ut sui Doctoris Jansenistæ Opus illustraret.

VI. Ne ullus ambigendi locus restet, rescribere juvat ex pluribus pauca eorum, quæ, ut Magister, & Doctor scribit lib. 3. cap. 1. pag. 210. & seqq. „ Grandissima forza in questo litigio „ vien fatta anche su quella del mutuo, „ quasi tutto consista in vedere se sia „ mutuo, o non sia. Virtù magica non è per altro da credere venga attribuita a questa voce. . . . Se dicono „ significare *impreslito*, sian tutti d' accordo; perchè del prestito ogn' un „ dirà, che non si dee domandar frutto. . . . Se dicono, che significa *dare ad interesse* non debbono supporlo

„ vietato. . . . Il dare a tal contratto il „ nome di *mutuo* non può aver forza „ d'abbatter le ragioni, per cui si prova „ va lecito l'investire con onesto prò il „ suo denaro. Ora poichè l'una di „ queste significazioni forza è che dia „ no a tal nome, ecco, dicono i Fautori dell' opinione, *che què s' illustra*, „ con poche parole risolto il grand' „ argomento del *Mutuo*.

VII. Qui sunt amabo, Fautores opinionis, quam *illustras*? Calvinus, Molinæus, Salmasius, Noodt, Broedersen. Cur nomina files? Cur occultas? Si fautores opinionis tuæ alii sunt, cur eos non laudas? Allega vel unum Catholicorum, qui talem doceat errorem. Cedo. In quam contractus specie constituis tradere nummos ad interesse? Respondet laudato lib. 1. 3. pag. 256. *Cbi potrà mai dire, che Locazione dell' uso non sia il dar quattrini a interesse? Credon che basti il dire, che è mutuo*. Pag. 257. *Forse 40. definizioni diverse si trovano dell' usura. . . . In quasi tutte si fa entrare il Mutuo, voce IN OGGI oscura, e però non atta ad essere adoperata in definizioni. Con esse fissano per principio non possa cader usura, se non per ragion del mutuo, il che al comun degli uomini par contradizione manifesta: poichè intendendo per mutuo il prestare; con questo non può mai accoppiarsi usura, talchè usura non accaderebbe mai, non potendo MAI star insieme dare in prestito, ch'è dar gratis, ed esigger frutto, che è dare a prezzo. . . . Ma potendosi dare ad uso in due modi; quando si dà a prezzo, e con mercede nasce la locazione. Ogni, e qualunque cosa si può allogare. Della moneta appunto veggiamo in Plauto, che il davla ad interesse si avea per locazione, e locazione si chiamava. Pag. 258. Perchè potremo affittare un Terreno, e non una somma di danaro? Perchè potremo dare a nolo gioje, argenterie, e non moneta? Pag. 259. Da niuno si negherà, che non si possano dare a nolo istrumenti d' arte: ora i danari sono al mercante istrumento dell' arte sua. In somma negar non si può, che vera, e propria locazione non sia il dar*

G. 2.

167206

163406